Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



benefactiua. Liberalitas contraria. Magnanimitas est magnorum beneficiorum effectiua uirtus. Magnificentia est uirtus magnitudinis sumptuum effectiua. Hanc contraria pusillanimitas et mediatas. Prudentia est mentis uirtus: qua de malis ac bonis que ad felicitatem pertinent bene possimus consulere. De uirtute igitur ac uitio uniuersaliter et de partibus satis in presentiarum dictum est. De ceteris autem non est difficile perspicere. Perspicuum enim est: et uirtutum effectiua quoniam ad uirtutem et que a uirtute fiunt laudabilia esse. Huiusmodi autem sunt: indicia uirtutis et opa. Quoniam ergo indicia et uirtutes similia quecumque sunt hominum opa uel passiones laudabilia sunt: necesse est quecumque fortitudinis opa uel indicia sunt: aut fortiter gesta sunt: omnia hec laudabilia esse. Iusta quoque simpliciter et que iuste facta sunt. Sed passiones ne quaque. Nam in hac una uirtute non semper quod iuste fit: honestum est. Cum enim damnantur turpe magis est: si iuste sit quam si iniuste eodemque modo in reliquis uirtutibus. Item ea quorum premio honor est: omnia laudabilia sunt. Et ea magis: et quorum honor quam ea quorum pecunia. Item quecumque eligibilium no sui quispiam gratia gerit. Et que simpliciter bona sunt ut quecumque propria quispiam facit sua conte pnens. Et que natura bona sunt. Et que bona: sed non sibi. Nam que sibi: sui gratia facit. Et quecumque mortuum magis consecantur quam uiuum. Nam que uiuos consecantur ea sui gratia facere magis uidentur. Iste quecumque opera laudis fiunt gratia. nam hec minus sui gratia sunt. Item que non sibi sed alios utilitati sint: et benefactoribus magis. Iustum enim et beneficia quoniam in alios. Item ipsi opposita: quibus aut dicentes aut facientes: aut dicturi aut facturi erubescunt. Quemadmodum alteo dicenti: vellem tibi aliquid dicere: sed pudor impedit. Sapho respondit: Si bona laudabilia que tuperes: nec lingua aliquid turpe dicere meditaretur: nullus oculos